quæ eſt loco concluſionis. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Bart. in d.l.2.§. ſi publico, num.3. quem refert Gomeſ. Arias ſuper l.74. Tauri circa princ. Ang. in d.l. ea quidem, poſt num.7. ſubdens. quod eſt optima practica, à qua non eſt recedendum: Salyc. in d.l. ea qnidem, num.47. Angel. de maleſ. in verbo ſuper quibus omnibus, numar.2. Amad. de ſindicatu, num.32. Marian. in d.cap. qualiter, & quando, poſt numerũ 209. verſic. 63. quæro, Duennas reg.31. num.3. Boſſ. in tit. de inquiſitione, num.80. Pract. Conradi, fol.258. num.42. Marcus deciſ.668. num.3. Operatur f *autem hæc clauſula, quod licet regulariter, quãdo accuſatio, vel inquiſitio eſt propoſita cum aliqua qualitate, ſi illa qualitas non probetur, non poteſt ſequi condemnatio, neque etiam ſuper eo, quod eſt probatum: tamen ſi in accuſatione, vel inquiſitione ſit appoſita iſta clauſula, poterit ſequi condemnatio ſuper delicto probato, etiã quod qualitas adiecta probata non fuerit, vt dixi infra q.66. verſic. ſed quid ſi pro parte. Fortius dicunt aliqui, quod ſi aliquis fuerit accuſatus, vel inquiſitus de mandato, & deinde in proceſſu non fuerit conuictus de mandato, ſed tantum de cõſilio, adhuc virtute iſtius clauſulæ poterit puniri de conſilio, de quo eſt conuictus, licet non accuſatus, vel inquiſitus. Et dicit Plaza libro 1. delict. cap. 16. quod huic ſententiæ interpretum ferè maior pars accedit. Quod tamen apud me non tranſit ſine difficultate, & forte etiam in practica ſine noua inquiſitione, uel additione vix* g *poſſet obtinere.*

Secundum formam iuris, & ſtatutorum. Hæc clauſula videtur in ſe h *continere incertitudinem, & poſſet etiam continere repugnantiam, vbi ſtatuta imponerent pœnam diuerſam ab ea, quæ imponitur per ius commune: nihilominus talis clauſula de conſuetudine admittitur, tam in accuſatione, quam in inquiſitione, vt atteſtatut Angel. de malefic. in verbo, Et contra formam iuris, numero 1. & ibi Aug. in apoſtil. Et fundatur talis conſuetudo ſuper glo. in l. ſenatus, in gloſſ. mag. ff. de accuſ. An autem tali caſu debeat iudex imponere pœnam ſtatuti, vel iuris communis, dixi infra quæſt. 85. verſicul. debet etiam.*

Inchoata, facta, & formata fuit dicta inquiſitio per di-
14 *ctum Dn. Poteſtatem, &c. Quæro etiam nunquid de iure in inquiſitione requiratur iudicis ſubſcriptio, prout in accuſatione requiritur inſcriptio accuſatoris. Reſp. quod non ita dicit Bart. in d.l.2.§. ſi publico num. 12 & eſt omnium communis opin. vt ait Marian. in d. cap. qualiter, & quando numer.212. Iudex enim non obligatur ad pœnam talionis, ex quo inquirit ex neceſſitate officij: præterea hodie ex conſuetudine ſublata eſt etiam in accuſatione ſolemnitas inſcriptionis, vt dixi ſupra q.12. verſic. Ceterum hodie. Bene verum eſt, quod ad hoc vt citatio, quæ intimatur reo cum libello inquiſitionis, fidem faciat, ſolent iudices illam ſubſcribere. Et ita ſeruat communis practica.*

15 *Dictum eſt de forma citationis, & quid continere debeat: quæro nunc, qualiter citatio ſit ipſi reo intimanda. Et in primis ſcire debes, quod ſi adſit in loco aliquod ſtatutum diſponens ſuper modo citandi, illud eſt ſeruandum. Poteſt enim indici à ſtatuto modus citandi præter ius cõmune & tale ſtatutum valet, & ita ſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Brun. de conſtitut. in verbo, Abſens. Sed loquendo de iure communi, quæro, an citatio debeat reo perſonaliter intimari, an autem ſufficiat citatio ad domũ. Reſp. Aliqui dixerunt, quod ad hoc, vt quis poſſit tanquam cõtumax banniri, non ſufficit citatio ad domum: ex enim inducitur ſolum modo ficta contumacia; ſed requiritur, quod ſit verus contumax, & ſic quod fuerit perſonaliter citatus. Et hanc opin. dicit eſſe communẽ Maranta in ſuo Specul. fol.109. nu.9. prout illum refert Rol. cõſ.47. nu.18.*
16 *lib.2. Tu verò dic, quod etiam in criminalibus ſufficit, quod intimetur ad domum ipſa citatio. Et hęc eſt communis opin. vt atteſtatur Alex in l.4.§. prętor ait num.3. in fi. ff. de damno infecto, quem refert Boer. in repet. l. conſentaneum, num.104. C. quomo. & qnando iud. Et dicit Gand. de malef. in rub. de ciationibus num.4. in fi. quod ita de generali conſuetudine obſeruatur. Ita etiam ſeruari in pract. atteſtatur Blanc. in pract. crim. fol.11. nu.24.* k *Et quod talis citatio ad domũ ſufficiat, ad hoc vt quis poſſit banniri, dicit ſeruari de conſuetudine Alber. in l.1. num.22. C. de hæred. inſtit. & in 4. par. ſtatutorũ, q.51 intelligendo de domo, in qua habitat, et in qua ſedẽ conſtituit, quem refert Nellus de bannitis in 3. par. primi temporis, q.3. Et licet Innoc. in c. fi. poſt num.3 de eo, qui mitti in poß. rei ſer. cauſa, tenuerit, quod non ſufficit ad hoc, vt quis poſſit excommunicari, citatio ad domũ,* m *ſed quod debet perſonaliter moneri, & dicat Foller. in pract. cri. can. fo 133. n.25. quod illud dictum Innoc. videntnr ſequi quaſi omnes Doctores: ego tamen non putarem eſſe recedendum à couſuetudine, quod ſcilicet etiam quo ad hunc effectũ ſufficiat citatio ad*

domum

in alio mortuus: quod tẽpus vulneris ſit in inquiſitione ponendum, non autem tempus mortis. *Giach.*

Super quibus omnibus & ſingulis.] Adde, quod
44 ſtante † hac clauſula, ſi quis proceſſatus fuerit de vulnere tantum, & mors ſequatur, de morte puniri poterit, vide Carrer. in pract. crim. fol.175. num.8. *Baiar.*

f *Operatur.*] Adde ad idem per Duen. ſub reg. 28 vltima limit. vbi concordantes allegat, & de illa communi dixi in collect. mea commu. opi. c. qualitas, num.2. *Giach.*

g *Poſſet obtineri.*] Adde, atque vide per Alex. conſ. vlt. in 2. & de iſta cõmuni vide in collect. mea commun. opin. c. qualitas, num.2. aliquas tamẽ fallentias nullitatis defectu nõ obſtante, in quibus iudex alias poteſt pęnã minorare, vide per Lud. Carrer. in pract. cri. §. homic.6. ſub nu. fi. pag. mihi 507. *Giach.*

h *Continere incertitudinem.*] Vide deciſam hanc quæſtionẽ per Iaſ. in §. omnium, num.152. Inſtit. de act. infra q.85. uerſic. Debet etiam ſtatutum. Riparol. in crim. ſub.276. Caru. conſ.150 ſub num 3. *Drogh.*

i *Poteſt enim induci à ſtatuto.*) Adde infra hac eadem quæſtione, verſ. Quæro modo. *Drogh.*

Poteſt etiam.) Cartar. de execut. ſentent. c. fin. num.176. & ſeq. *Roſ.*

K *Et quod talis citatio.*) Adde, quòd † idem
45 in Regno Neapol. ſeruatur de conſuetudine, ut atteſtatur Foll. in practic. crim. in verſic. & ſi confitebuntur 4 par.3.p. num.3 in ſine, & ita etiã
46 ſeruatur in ſtatu† Eccleſiaſtico, in quo expreſsè cauetur per Conſtitut. lib.4. cap.10. quod vt bãnum ſequi poſſit, citatio fiat perſonaliter, vel ad domum babitationis, ſiue domicilij citandi; & de materia citationum,
47 & quomodo fiant † in Vrbe, latè per D. Farin. in quæſt. 11. numero 38. cum multis ſeq.
48 Item adde, † ſi in domo ſolitæ habitationis nullus habitat, quomodo in Regno ſit facienda citatio ad dictam domũ, latè per Afflict. in conſtit citationis litteræ, & Foller. in pract. crim. in verſ. vel eos citari faciat. numer.29.
49 Item adde, † an citatio facta ad apothecam ſit valida, latè per addent. ad Bertaz. in conſ.559. in littera A. *Baiard.*

l *Intelligendo de domo.*] Adde Alex. conſil. 107 num.8. vol.5. vbi rectè loquitur de citatione, quæ ſolet fieri in domo, & ad domum. *Drog.*

m *Citatio ad domum.* Adde eundem Alexand. conſ.59. num.14. vol.2. quod tamen ſecus foret delagato, vt ibidem per eum. *Drogh.*

Hæc

domum præſertim vbi citandus latitaret malitioſè, ita vt non poſſet perſonaliter reperiri. In hoc autem Ducatu habemus formam, ſecundum quã rei abſentes citandi ſunt, traditam per decretum in nouis conſtitutionibus in tit. de accuſat. cap. procedant, quæ omnino ſeruanda eſt. n *Hæc autem omnia locum habent, quando reus eſt certus,* o *ſed quando perfectè neſcitur, quis delictũ commiſerit, tunc (ſecundum aliquos) debent citari per proclama* p *cum ſono tubæ. Et ita practicari atteſtatur Berbe. in Viatorio iuris, in rub. de iud. colum. 5. verſic. ſed pone. Quod tamen ego nunquam vidi in practica obſeruari.*

17 *Sed* q *nunquid requiritur, quod prius fiat inquiſitio, an reus poſſit perſonaliter inueniri, & poſtea fiat citatio ad domum? Reſpondetur de iure vtique requiritur, quod citandus perquiratur prius à nuncio per ciuitatem, an poſſit perſonaliter reperiri, & vbi non reperiatur, deinde citetur ad domum. Sed quidquid ſit de iure, contram ſeruatur de conſuetudine: ſufficit enim, quod nuncius de directo vadat ad domum citandi, nulla prius facta perquiſitione. Et ita tenuit Bal. in d.l. conſentaneum, numero 44. C. quomodo, & quando iudex. & ita ſeruatur vbiq; vt dicit Foller. in pract. crim. fol.42 num.28.*

18 *Scias tamen, quod ad hoc, vt reus arctetur ad perſonaliter comparendum, danda eſt ei copia citationis: alias enim non tenctur comparere. Et ita ſeruat Rom. curia, vt dicit Veſtrius in practic. lib. 4. tit. de cita. extra cur. quem refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 135. num. 23. & ita etiam vidi vbique ſeruari. Commiſſionis autem ſuæ, & relationis non debet nuncius copiam relinquere parti, idque ex vſu ſtyloque recepto, vt atteſtatur Practic. Iod. c.13. num.12.*

19 *Sed hæc quidem omnia de plano procedunt, quando reus eſt in ciuitate, vel territorio illius iudicis, de cuius mandato eſt citandus:* r *Sed quid ſi ſit in alieno territorio, quomodo poterit illi citatio inti-*

n *Hæc autem omnia.*] Cartar. dicto loco num.182. Decian. tom.1. crim. lib.4. c.18. num.4. *Roſ.*

50 o *Sed quando perfectè.*] Adde † videndum Foll. in pract. crim in verſic. vel eos verbaliter citari, num.39. & Mille. in pract. crim. fol.39. vbi tenent, quod citatur per edictum affixum in palatio, vel uoce præconis cum ſono tubæ in loco publico, & conſueto, exprimendo ſigna perſonæ, & quod talis citatio erit valida. *Baiar.*

p *Cum ſono tubæ.*] Ad de ſupra q.4. verſ. Quando uerò, vbi de hac materia, ibi; Quod ſiue ignoretur nomen delinquentis, infr. ſq 89. verſic. ſcias autem in fin. & quando delinquentis in totũ ignoretur, quid olim ſeruaretur, vide Deuter c.21. dixi ſupra ad quęſt.27. in princ. *Drogh.*

q *Sed nunqnid requi-*
51 *ritur.*] Adde, † ſi nuncius dicat citaſſe, & relationẽ in ſcriptis faciat, & poſtmodum atteſtatur, quod illã falſo fecit, an ſit ſtandum, quod ſit falſa. Bar. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & Bald. in conſ. 252. vol. 4. videntur decidere hanc quæſtionem, tenendo, quod non ſit illi credẽdum: ibi tamen Bald. dicit, quod ſi eſſet Iudex, ſtuderet per teſtes, et alio modo veritatem habere; & ſi habere non poſſet, nullo modo tali inſtrumẽto fidem adhiberet: & videtur concludere, quòd iſtud ſit remittendum arbitrio Iudicis, ſecundum Innocent. in cap. 1. de arbitr. ſed Lud. Bologn. in conſilio 52. column.2. dicit, quod ſi primo fecerit in ſcriptis, non eſt poſtea illi credendum ſi dicat contrarium.

52 Item adde, quod relatio † generalis, per quam Nuncius refert, ſe feciſſe, prout habebat in mandatis valet, & tenet, ſecundum Socin. in conſ. 56. col.2. vol.4. & an credatur nuncio, vide Menoch. de arbitr. iud caſu 112. & Ioan. Baptiſtam Aſin. in practica de ordine iud. §. 9. cap.2 vbi atteſtatur com-
53 munem opinionem eſſe, quod nuncio † credatur, quando nuncius eſt iuratus.

54 Item adde, ſi nuncius † fecerit falſam relationem, qualiter puniri debeat, vide text. in l.2. C. de ſport. Bal. in cap. fin. in 2. colum. de dolo, & cont. & Foller. in pract. crim in verſ. fiat relatio nuncij, num.15. vbi dicit, quod debet priuari officio, & alius ſubrogari in loco illius, & etiam corporali ma-
55 cula poteſt puniri, & pœna falſi. ego pluries † nuncios falſo referentes, feci ponere ad catenam, vt dicitur ad berlinam & eos etiã exulando cum priuatione officij, & quod amplius
56 tale officium exercere non poſſent: & de illo qui fecit † fieri falſam relationem, vid e Guid. Papæ deciſ.44.

57 Item adde, ſi nuncius † refert notario, qui facit publicum inſtrumentum de his, quæ ſibi retulit nuncius, qui poſtea dicit, ſe aliter retuliſſe, quam ſit ſcriptum; magis creditur notario, niſi eſſet ſuſpectus, & niſi de pœna falſi ageretur, Abb. in cap. cum parati de appell. & in cap. ad audientiam in 5. notab. de præſcrip. Angel. in l.1. §. 1. ff. quemadm. teſtam. aper. Alex. in conſil.70. col.2. & conſil.74. col. pen. vol.1. & Felin. in d. c. ad audientiam, col.2. & in c. cum cauſam. in fi. de teſt.

58 Item adde, quod nuncius, † qui non refert citationem, vel actum ſibi commiſſum tenetur parti ad intereſſe, Bald. in l. ſi menſor. ff. ſi men. falſ. mo. dixer. quem refert. & ſequitur Foller. in pract. crim. in verb fiat relatio nuncij in fin.

59 Item adde, quod relatio † citationis non poteſt fieri per alium nuncium, qui citationem non facit, licet
60 nuncius † publicus per alium nuncium citationis articulum explicare poſſit, quando in eadem curia ſunt plures nuncij publici, ſecundum Philip. Franch. in cap. cum parati, num.51. de appell.

61 Item adde, quod relatio † citationis per nuncium non poteſt fieri die feriato, vt per Philip. Franch. in capitul. cum parati, numero 49. de appell.

Item adde, quod Iudi-
62 ci † primo debet conſtare ex actis de relatione citationis, antequã pronunciet, aliàs proceſſus eſt ipſo iure nullus etiã, quod in veritate pars citata fuerit, & poſtea Iudici conſtaret; ita tradit Bart. in l. multũ intereſt ff. de condit. & demonſtrat. & ideo dicit Bald. in l. 2. C. de ſportulis, quod ſi Iudex feſtinat ad actum non expectata relatione nuncij, ſententia erit nulla, cum debeat Iudici prius conſtare de cõtumacia partis, & hoc idem tenet Philip. Franc. in c. cum parati, num.34. de appell. vbi ponit quattuor limitationes, & hãc doctrinam Bart. atteſtatur eſſe cõmunẽ. Vant. in rubr. de null. & defectu citatio dices, quòd ſi poſt actum factũ relatio fieret, nihilominus actus precedens non conualeſceret, cum à principio de relatione debuiſſet cõſtare prætori, vt de ſua poteſtate certus fieret, ſed vide omnio Marſil. in l. patre, vel marito, num. 46. cum multis ſequentib. ff. de q. vbi latiſſimè diſputat de veritate dictæ doctrinæ Bart. & an ſufficiat, quod conſtet Iudici alio modo quam ex actis, quod citatio fuiſſet executa.

63 Item adde ſi nuncius † refert ſe citaſſe, & pars negat quòd magis credendum eſt nuncio publico, & iurato, ſed aliquando erit arbitrarium Iudici ſecundum qualitatem perſonarum & cauſæ, & ſecundum coniecturas, & veriſimiles præſumptiones, plus credere parti, quam nuncio, ſi nuncius eſt vilis perſona, & pars ipſa in dignitate, vel vitæ laudabilis, & quandoq; exiget iuramentum à parte contra aſſertionem nuncij, & quandoq; plenam probationem, ita tenet Bald. in cap. quoniam contra. de probationibus col.12. Abb. & Philip. Franch. in cap. cum parati, numer.36. de appell. & de hoc etiam vide Menoch. de arbitr. Iud. caſu. 112. num. 10.

64 Item adde, quòd contra relationem † nuncij admittitur probatio, etiam ſi extaret ſtatutum, quod credatur citationi, & relationi factæ per nuncium, Bald. in l. ſi tutor in fine, C. de peric. tutorum, & Philip. Franch. in cap. cum parati, nu.37. de appel. & ibi multa alia habentur in materia relationis citationum. *Baiard.*

r *Sed quid ſi ſit in alieno territorio.*] Deci. d. lib.4. cap.18. num.5. Cartar. d.c. fin. num.185. *Roſ.*

Debet

mari? Reſpond. [s] Debet hoc caſu iudex litteras derigere ad iudicem illius loci, ſiue territorij, in quo citandus degit vt ibi illum citari faciat; ſeu permittat, & hic modus citandi communiter ſeruatur, vt dicit Alber. in l. 1. num. 2. ff. de requir. reis. & appellantur talis Litterę ſubſidiales, ſiue in ſubſidium iuris. Subdit tamen ibi Alber. ſe credere, quod de ſubtilitate iuris poſſit iudex reum citare extra ſuum: Sed attenta generali conſuetudine non videtur circa hoc inſiſtendum. Nullus enim iudex citat extra territorium ſuum. Et ita de facto ſeruari atteſtatur Iac. de Beluiſ. Iunior in repet. §. contrahentes, num. 242. in fin.

20 Poſſet [t] fortè dubitari, ſi vtrumque territorium eſſet ſub eodem principe, nunquid poſſit iudex vnius territorij citare reum in alio teritorio degentem nam Bart. in d l. 1. §. 1. num. 3. ff. de requi. reis, tenuit, quod quando eſt ſub eodem præſide prouinciæ, poſſit iudex etiam per litteras ſuas citare reum in alio territorio; & hæc eſt communis opin. Legiſtarum, vt dicit Aretin. conſil. 135. col. fin. & ita communiter teneri atteſtatur Iaſ. in l. fin. num. 24. ff. de iuriſd. omn. iud. quem refert Marſil. in ea. l. fi. num. 34. & Marc. deciſ. 401. in vltimis verbis Apoſtill. ad Abb. in cap. 1. ſub num. 2. ff. qui matri. accuſ. poſſ. Io. Arno. Epito. 71. ſæpè contingit. Contrarium autem tenent communiter Canon. vt atteſtatur Aretin. in conſil. præallegato. Et ideo dixit Ang. in dict. l. fi. num. 6. quòd in hoc articulo opus eßet deciſione Imperatoris. quod dictum Angel. refert Foller. in practica crim. fol. 40. nu. 27. In hoc Ducatu ſeruatur opin. contra Bartol. nam iudices ſemper citant reos exiſtentes in alio territorio per litteras ſubſidiales, prout etiam atteſtatur Boſſ. in tit. de citat. poſt num. 24. Et non eſt ab hac practica vllo modo recedendum.

21 Sed quid ſi reus nullum habeat domicilium, ſed [u] ſit vagabundus, quomodo poterit citari? Reſpond. Pract. Millei, fol. 34. num. 13. & ſeq. dicit, quod ſufficit illum citari per libellum lectum, & affixum in æde, vel voce preconis in publico: & ſubdit, quod ita de conſuetudine ſolent facere ſeruientes, ſiue nuncij, qui ſi non inuenerint reum vagabundũ citandũ, referũt ſimpliciter ſe citaſſe reũ, non dicendo vbi citauerint. Sed certè apud non ſeruatur hæc practica, ſed citatur reus in formam abſentis, iuxta diſpoſitionẽ conſtitutionum huius Ducatus, de quibus ſupra dixi.

22 Quæro [x] modo, nunquid in criminalibus vna citatio ſufficiat, an autem plures requirantur. Reſp. de iure videtur, quod plures requirantur, vt colligitur ex tex. in l. abſentẽ. ibi, ſæpius moniti. ff. de pœnis: ſed hoc de conſuetudine non ſeruatur, vt dicit Vital. de malef. in rubr. de citatio. num. 1. ſubdens, quòd aſſeßores faciunt pro ſuo arbitrio. Tu verò aduerte ne erres. Nam, Aut quæritur, an præuia tantum vna citatione poſſit reus condemnari: & dic, quod non, vt ita procedat text. in dicta l. abſentem. nam vltra primam citationem debet etiam reus citari ad allegandum, deinde peremptoriè ad ſententiam ſecundum diſpotionem iuris communis, vel aliter ſecundum [y] formam traditam à ſtatutis, vel à conſuetudine, quæ ſeruatur in loco, in quo iudicium agitur. Aut quæritur, an quando citatur peremptoriè reus, requirantur tres citationes, ſecundum tradita in l. ſi finita, §. Iulian. ff. de damno infecto: an verò vna citatio ſufficiat? Et dicendum eſt, quod etiam in criminalibus vnica citatio peremptoria ſufficit pro omnibus, quidquid dixerit Cyn. loquendo per verbum credo; in l. 1. verſic. Quarto quæro, C. de requir. reis, cuius opin. communiter reprobatur, vt dicit Felin. in cap. conſuluit, poſt num. 13. verſic. Quarto fallit de offic. delegat. quem refert Boſſ. in tit. de ſentent. numer. 4. Et hæc ſententia contra Cyn. eſt cõmuniter recepta, vt dicit Blan. in practica crim. fol. 10. num. 19. Vbi etiam ſubdit, quod ita de conſuetudine obſeruatur. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Alexan. in l. contumacia, num. 14. ff. de re iudic. Guliel. de bened. in 2. par. repet. c. Raynutius, in verb. mortuo itaq; teſtatore, fol. 91. num. 152. Et licet gloß. in clem. prima, in verbo, Tertio de vita, & honeſt. cler. ſentire videatur, quod quando lex diſponit, quod citatus incurrat pœnam ratione contumacię, requiratur præcisè trina citatio, & illam gloſſ. dicat communiter approbari Alex. in d. l. contumacia, num. 12. ff. de re iudic. veritas tamen ſe habet in contrarium, quod ſcilicet etiam, vbi agitur ad pœnam, [z] ſufficit vna citatio peremptoria pro omnibus. Et hanc dicit eſſe communem opin. Afflict. deciſ. 289. Sereniß. Rex. num. 7. Et in hoc eſt dubitandum, præſertim ſtante generali conſuetudine.

23 Sed hic quæro, nunquid etiam in cauſis criminalibus omnis neceſſaria ſit citatio peremptoria. Reſp. Aut ſententia eſt ferenda contra reum contumacem, & de hoc dixi infra quæſt. 44. verſic. item quęro; Aut verò reus eſt præſens in iudicio: & tunc ſententia condemnatoria capitalis contra eum fertur, non modo ipſo ligitimè citato, ſed etiam ſolet in eius faciem pronunciari: & ita obſeruat totus mundus, vt dicit Angel. in l. penul. §. ad crimen, poſt num. 4. verſic. Septimo fallit, ff. de publ. iud. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Qui D. iudex, poſt nu. 12. & in verbo. Qui iudex commiſit L. preconi, in fi. & Boſſ. in tit. de citation. num. 8. & in tit. de ſenten. numero 15. & pract. Conradi. fol. 441. num. 7. Et ita communiter fieri cõſueuiſſe dicit Barb. conſil. 70. num. 2. lib. 4. Ita etiam quotidie practicari atteſtatur Blancus in pract. crim. fol. 18. num. 4. Neque hoc caſu poteſt interuenire procurator. Et eſt communis opin. vt dixi infra, q. proxima, verſic. item quæro; Et in ſpecie ita paſſim receptum eſſe in Flandria atteſtatur in Pract. Iod. fol. 149. numero 12. Sed certè in hoc Ducatu hæc pract. non ſeruatur: [a] quando reus eſt in carceribus, ſententia condemnationis fertur cantra eum, abſque eo, quod citetur, aut conducatur ad præſentiam iudicis, ſed ſufficit monitio generalis, de qua dixi infra q. 45. verſ. facta autẽ. Sed neque etiam ſententię criminales in hoc Ducatu pronunciantur ab ipſis iudicibus ſedentibus pro tribunali, niſi quando proferuntur contra contumaces: ſed notarij ſcribunt ſententias de commiſſione iudicum, & ipſi illas ſubſcribunt, & deinde mittuntur executioni, & in his nullo modo eſt ab ipſa loci conſuetudine recedendum.

24 Vlterius quæro, nunquid in cauſa criminali citandus ſit fiſcus, & accuſator. Reſp. in hoc Ducatu habemus decretum in nouis conſtitutionibus in tit. de accuſat. cap. Ego amplius diſponens, quod in omnibus actibus præiudicialibus etiam ante inquiſitionem formandam debet [c] citari pars offenſa, & fiſcus: & ita ſeruatur. De iure aũt communi non reperio, quod hæ citationes ſint de ſubſtantia proceſſus vſque ad ſententiam: ſed ad ſententiam ipsã ferendam, dicit Boſſ. in tit. de ſententijs, numero 17. quod ſunt citandi omnes illi, qui ſunt in cauſa, & cum quibus eſt lis conteſtata: aliàs ſententia eſt nulla. Et ſubdit, quod hæc eſt communis opinio. Sed certè quo ad accuſatorẽ cautela eſt, quod iudex faciat ſibi ab eo dari licentiam procedendi, & expediendi proceſſum etiam ipſo abſente, & eo caſu poterit procedere etiam ad ſententiam abſolutoriam eo non citato, vt dixi infra, quæſt. 45. verſic. facta autẽ: de quo tamen vide, quæ dixi ſupra quæſt. 3. verſic. ſuperflua igitur; Vel quod pars accuſata faciat illũ citari iuxta practicam, quam tradit, & ſeruari atteſtatur Carauita ſuper 202. ritu magnæ curiæ, num. 4. in fine, et numero 5. Quæ verò ad fiſcum in hoc Ducatu, quando reus eſt præſens, conſuetudo eſt, [d] quod fiſcales ſubſcribant ipſi ſententiæ; & ſic poteſt dici, quod ſententiæ criminales apud nos proferuntur non modo fiſco citato, ſed etiam præſente. Si verò reus eſt contumax, non citatur fiſcus, neque accuſator, ſed fit condemnatio ad ſonum tubæ, vel campanæ, vt dixi infra q. 44. verſ. item quæro: quæ quidem campana, vel tuba habet vim citationis actoris, & rei, & omnium citandorum: Et hoc ex ſtylo, & conſuetudine, vt atteſtatur Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et ibi caput, poſt nu. 2. ſubdens, quod talis ſtylus, & conſuetudo faciunt ius. Vidi, quæ dixi ſupra, verſiculo dictum eſt, & ſupra Quæſtione vndecima, Verſiculo Sed quid è conuerſo.

25 Vltimò [e] quæro, Tuſcis, quod in citatione ſemper ſolet apponi aliquis terminus, puta tridui ad comparendum, & reſpondendum inquiſitioni, &c. Nunquid pendente eo termino iudex poterit capere facere reum inquiſitum? Reſp. quod ſic: & ita ſeruatur, vt dicit Boſſ. in tit. de captura, num. 10.

Et ideò, quando rei timent ne capiantur, cautela eſt, quod exhibeant fideiuſſorem de comparendo infra certum terminum: & practica huiuſmodi fideiuſſione ſolet tolli decretum capturæ.

s Debet hoc caſu iudex.] Adde ſimilem modum citandi teſtes ſupra quæſtione 26. verſic. ſed quæro circa fin. eſt autem à ſenatu prohibitum, vt ibi: At in ſtatu noſtro Pallauicino citando in criminalibus non ſolent tranſmitti hæ litteræ ſubſidiales, ſtante ſtatuto ſecundo in criminalibus, ibi; Si verò delinquens fuerit forenſis. An autem talis citatio facta in alieno Territorio arctet citatum, ita quod captus in proprio domicilio ſententia à tali Iudice lata exequi poſſit, quia citare debuerat ei nõ ſubiectũ per litteras ſubſidiales, quod non, dixit Chart. de exec. ſent. cap. fin. ſub numer. 185. dixi infr. ad quæſt. 85. verſic. Tertius eſt caſus. Drogh.

t Poſſet fortè dubitari.] Adde, quod officia-
65 les † Regij poſſunt citare in territorio Baronum, & nuncius Regius non debet accedere ad Baronẽ, ſeu eius officialem pro licentia, antequam citet. Boer. deciſ. 8. deciſio. Tholoſ. 423. & Foller. in pract. crim. in verſic. fiat relatio nuncij, num. 17. Baiard.

u Sed ſit vagabundus. Adde ſupra q. 28. verſic. ſcias autem. Drogh.

Sed ſit vagabundus.] Adde, quod vagabundus
66 citatur † per edictum, ſecundum Menoch. in conſil. 100. num. 110. vol. 1. & in tract. de recuperan. poſſeſſ. remed. 8. numer. 116. vide etiam Decian. in conſil. 18. numer. 85. vol. 1. Baiard.

x Quęro modo.] Cart. d. c. fi. num. 186. Roſ.

y Formam traditam à ſtatutis.] Farin. tit de Inquiſit. volum. 1. q. 11. numer. 36. Roſ.

z Vna citatio ſufficit.] Adde Neguſ. tractat. de pign. primo memb. 6 par. numer. 4. infra quæſt. 63. verſ. Quęro modo, verſ. Hæc autem, & verſic. Quid ſi, quæſt. 44. verſic. Quæro nunc. Drogh.

a Sed certè in hoc Ducatu.] Adde, quod idẽ ſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico, & in Regno Neapolitano, & ita ſemper ſeruari vidi, & ſeruaui. Baiard.

b Sed ſufficit monitio generalis.] Contra contumaces verò quomodo proferatur ſententia, infra q. 44. verſ. fin. q. 55. verſ. Itẽ poſſet q. 51. in princ. q. 93. verſ. fuit aliquando, infra hac eadem q. 31. verſ. ſed quid. Drogh.

c Citari pars offenſa.] Hæc fortè ad ſubminiſtrãdum indicia; tamen ſic rarò vtimur extra Statum Mediolani, quia rarò tractatur de præiudicio fiſci, cum fiſcus ſit ſaccus. Vide ſupra quæſt. 11. verſic. ſed quid è conuerſo, vbi quod pars neceſſario citari non debet. Adde infra q. 57. verſ. ſed hæc, quæſt. 48. in princ. vbi de iſta citatione. Drogh.

d Quod fiſcales ſubſcribant.] Adde infra q. 46. verſ. ſed quomodo probabitur in fin. Drogh.

e Vltimo quæro.] Ad-
67 de ſi quis † fuerit citatus ſine termini præfixione, an talis citatio arctet citatum ad comparendũ, Bartol. in l. liber homo, §. 1. ff. de verborum oblig. & Baldus in leg. conſentaneum, verſ. & nota primo, C. quo modo, & quando iudex; dicunt, quod tanquam incerta, & obſcura non arctat. Bald. verò ſibi contrarius in l & perfectius, colu. 3. verſ. 2. quod vbi. C. de anna. except. tenuit contrarium, quia tacitè intelligitur tempus, infra quod citatus poſſit comparere, & hanc partẽ ſequitur Boer. qui hanc quæſtionem latè examinauit in deciſ. 235. quam magis communem eſſe atteſtatur Carau. in ritu 123. num. 9. dicit tamen quod cautius erit ſemper in citationibus terminum apponere: & iſtam quæſtionem diſputauit etiam Vant. in tract. de nullit. ex defectu citat. in verb. terminus, nu. 67. Baiard.

QVÆSTIO XXXII.

Procurator, an in Cauſis Criminalibus ſit admittendus.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Procuratorem non eſſe audiendum in cauſis criminalibus.
2 Et quid in criminibus priuatis.
3 Et quæ ſit ratio.
4 Et quid ſi imponatur pęna pecuniaria.
5 Et quid ſi imponatur pęna relationis, vel minor.
6 Et quid ſi imponatur pœna priuationis, ſeu depoſitionis ab ordine.
7 Et quid ſi pro crimine, pro quo de iure communi impoſita eſt pęna corporalis, ſtatutum imponat pœnam pecuniariam.
8 Et quid ſi pro crimins impoſita ſit pœna arbritrar. iud.
9 Et quid ſi impoſita ſit pœna pecuniaria, quam ſi non ſoluerit, infligenda ſit pœna corporalis.
10 Et quid ſi ignoretur, an vulnus ſit lethale, vel non.
11 Dt quid in caſibus, in quibns poteſt contra abſentem procedi ad ſententiam diffinitiuam.
12 Et quid ſi reus ſit ex alio maleficio bannitus.
13 Et an hoc caſu debeat ei concedi ſaluus eonductus.
14 Et quis poſſit eum concedere.
15 Et an in caſibus, in quibus poteſt contra mortuum procedi, admittatur procurator.
16 Et quid ſi reus ſit carceratus.
17 Et quid ſi procurator velit pro abſente allegare tantummodo cauſas abſentiæ.
18 Et quid ſi velit proponere, quod reus habet in eo loco capitales inimicitias.
19 Et quid ſi velit opponere exceptiones contra perſonam accuſatoris, vel iudicis.
20 Et quid ſi velit opponere occiſnm fuiſſe bannitum.
21 Et an in cauſa nullitatis admittendus ſit procurator.
22 Et an quando proceditur per viam exceptionis.
23 Et an poſſit pro accuſatore procnrator interuenire.
24 Et qnid ſi nõ fuerit oppoſitum contra procuratorem, an proceſſus valeat.
25 Et an ferenda ſit contra dominum abſentem, vel contra procuratorem præſentem.

Ex Additionibus.

1 Princeps de poteſtate ordinaria non poteſt procuratorem in criminalibus admittere, in quibus de iure non admittitur.

Procu-